

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior. Ad exequias, Quas Coniugi ... Dorotheae Arnoldes/ Maritus moestissimus, Dn. Michael Geismar, Hodie in Templo D. Jacobi, ad horam mediam primam parabit : Omnes Academiae Cives amanter invitat ; [P. P. Rostochii 18. Martii Anno 1642.]


Rostochii: Kilius, 1542 [i.e. 1642]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745849008>


Druck Freier  Zugang



41
Qvistorp, J.,
in D. Arnold,
uxor. M. Geismar.
R. 1642.







PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Univerſitatis Roſtochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PLUS, D. & Theol. Facult.



Senior,

Ad exequias,

Quas

Conjugi ſuae deſideratiſſimæ

DOROTHEÆ
ANNOLÆ

Maritus mœſtiſſimus,

DN. MICHAEL GEISMAR,

Hodiè in Templo D. Jacobi, ad horam me-
diam primam parabit,

Omnes Academia Civēs amanter invitāt.



ROSTOCHII,

Licetis NICOLAI KILII Acad. Typog.

ANNO clō b XLII,



Vod Racheli sua-
vissima Patriarchæ Ja-
cobi conjugî contigit,
ut partûs victa dolo-
ribus sub onere succu-
buerit, & dum vivum
enicitur filium, ipsa
brevis post, mortis vi-
ctima facta, vitâ exiverit: idem intra paucu-
las septimanas aliquot apud nos puerperis
evenisse, non sine animi commotione nota-
vimus. Simile quoq; fatum DOROTHEAM
ARNDTDES / tuam, mi DN. MICHAEL
GESSNER / conjugem expertam es-
se, seriò dolemus. Et non sunt causæ nullæ,
quæ dolorem imperare possunt. Habuisti
vitæ consortem, cui amicè & concorditer
convixisti, quæ sedula ^{duxer} domui rebusq;
tuis præerat, quæ magis blanditijs, quàm im-
perio familiam regebat, & in officio retine-
bat, quæ nulli gravis, omnibus facilis erat,
& quod

& quod caput rei est, quæ verbis & actionibus suis pietatem spirabat. Fatemur te his privatum bonis, non posse non ingemere. Pauculorum argenteorum & mercium sibi gratarum jacturam dolet mercator, & maritus vitæ ac laboris sociam, quam omni argento & auro potiore thesaurum habuit, morte sibi subreptam non lugeret? Attamen si, quid quid hujus est, subactâ ratione consideraveris, modestè, hanc feres jacturam. Si Philosophus quidam, cujus mentem facula divini Verbi non illustravit, rectè hanc rem pensitans, suam promere sententiam rogaretur, His vel non longè ab similibus verbis, eam omnium nomine L. Annæus Seneca tibi, mœstissime Vidue, exponeret. Est, mihi crede, magna felicitas in felicitate moriendi. Nihil, ne in totum quidem diem, certi est: quis in tam obscurâ Veritate divinat, Utrumne conjugis tuæ mors inviderit, an consuluerit? Illud quoq; justitia, in omnibus rebus necesse est, te adjuvet cogitantem, non injuriam tibi factam, quod talem conjugem amifisti, sed beneficium datum, quod tam diu pietate, & suavi ejus consortio tibi uti fruiq; licuerit. *Iniquus est*, qui muneris sui arbitrium danti

O 2

danti non relinquit: *Avidus* qui non lucri
loco habet quod accepit, sed damni quod
reddidit: *Ingratus* est, qui injuriam vocat fi-
nem voluptatis. *Stultus*, qui nullum fructum
esse putat bonorum, nisi presentium, qui non
& in præteritis acquiescit, & ea judicat certio-
ra, quæ abierunt, quia de illis ne desinant,
non est cogitandum. Quod optimam habui-
sti conjugem, in summis bonis pone. non est
quod cogites, quanto diutius habere potue-
ris. Deus tibi illam sicut cæteris maritis, non
mancipio dedit, sed commodavit; Cum vi-
sum est, repetijt: si quis pecuniam creditam
solvisse se molestè ferat, eam præsertim, cujus
usum gratuitum acceperit, nonne injustus vir
habebitur? Dedit Deus conjugem tuam tibi,
& quando voluit suam repetijt. Gaude te
habuisse tam bonam conjugem: Usum fru-
ctum ejus, quamvis brevior voto fuerit, boni
consule. cogita jucundissimum esse quod
habuisti, humanum quod perdidisti. At ino-
pinanti erepta est. Tua te persuasio decipit.
quotidie præter oculos nostros transeunt, no-
torum ignotorumq; funera, & tu subitum id
putas esse, quod tibi omnibus diebus, omni-
bus horis denunciatur futurum. Hæc & hu-
jus

jus generis alia dolori tuo sedando, mœstissime vidue, afferat in iudicium vocans rectam rationem. Quæ ut non parum momenti habent, ad doloris tui vehementiam mitigandam: solidiora tamen sunt quæ ex myrothecio Spiritûs Sancti depromere potes. Inde id hauris. Mirabiliter nos omnes & artificiosè in abdito esse velut in imis partibus formatos, Psal. 139. v. 15. potenter nos manu Dei inde eductos, Psal. 22. v. 11. Deum esse vitam & longitudinem dierum nostrorum, Deut. 30. v. 20. mensium nostrorum numerum esse penes ipsum, Job. 14. v. 5. in manu ejus esse tempora nostra, Psal. 31. v. 16. Capillos capitum nostrorum esse numeratos. Matth. 10. v. 30. nec defluere ex ijs unum citra beneplacitum Patris cœlestis, Luc. 21. v. 18. Cujus sumus, sive vivimus sive morimur, Rom. 14. v. 8. beatos esse, qui in Domino moriuntur: Ut requiescant à laboribus, & opera ipsorum eos sequi, Apocal. 14. v. 13. Hoc in numero est Vidue mœstissime, tua conjux, quæ vitam quam piè & honestè transegit, etiam laudabiliter conclusit. Hæc, Cives Academici, hanc mortalem vitam vivere cæpit hîc Rostochij Anno post Christum na-


tum millesimo, sexcentesimo, decimo octavo, Januarij die octavâ; patre JOHANNEN
VAN DER OES/ Cive ad rem Oeconomica
cam attento, & in re lautâ posito, Matre
ELISABETHA WANNEREN/
fœminâ pietatis, modestiæ & industriæ laude
insigni. Avo paterno JOACHIMO VAN
DER OES/ Avo materno SALOMONE
WANNEREN/ civibus honoratis. Pa
rentes quum nihil prius haberent, quàm ut
ex se natam, Christo insertam cernerent, fieri
id mediante initiationis Sacramento Baptis
mo curârunt. Et post omnem impenderunt
curam, ut piè pudicèq; educaretur. Respon
dit votis eventus. Id solum deerat, quod pa
rentibus non tantisper super vivere datum
fuerit, donec filiam matrimonio junctam
viderent, morte enim simul Anno 1639. sub
lati. Post quorum ex vitâ hac emigrationem
denata nostra Anno 1640. 27. Januarij, marito,
nunc viduo mœstissimo, Viro ab eruditione
& candore commendato, in matrimonium
collocata fuit. Conjugium hoc ut suavissi
ma & concors conversatio melle dulcius red
didit, ita matura admodum ejus dissolutio
amarore replevit. feliciter enim junctos post
bien-


biennium exactum mors disjunxit, quæ
Emortuæ nostræ ante triduum vitæ filum in-
cidit. Exhilarârat illa maritum, filiolum.
HENRICUM, & pro nuper JOHAN-
NEM, conjugij pignora edendo. at quàm
brevis fuit hæc hilaritas! Mater facta 9. Mar-
tij, sextiduo post 15. ejusdem mensis die, ma-
rito, liberis supersticibus tenellis, sororibus,
agnatis & affinibus supremum Vale dicit:
Hos ut ô Emortua dolore, obitu tuo com-
plevisti; Ita ex mærore tu ad gaudia conces-
sisti. Quid enim de te aliter sentiamus, quæ
per omnem vitam probitatem & pietatem
spirâsti, lecto post puerperium affixa, Salva-
toris tui Corpore & sanguine te refici cura-
sti, mente sibi rectè ad mortis horam con-
stante, precibus continuis, te Redemptori
tuo commendâsti, ejus merito innitens, ani-
mam illi, à quo eam acceperas, quiq; ean-
dem sanguine suo redemerat, reddidisti. O
te nunc demum felicem, cui ita & vivere
& mori contigit! Vitam hanc mortalem
miserijs refertam, quam annos viginti qua-
tuor vixisti, cum illâ quæ nunquam desi-
net, gaudijs plenissimâ permutâsti. Beatæ
hujus


hujus fæminæ exuviæ, usitatis ac solemnibus
Ceremoniis, hodie horâ mediâ primâ in
Templo Jacobæo, Terræ matri reddentur.
Ad quas cohonestandas ut frequentes adsint
Omnes Academiæ Cives, officiosè & peraman-
ter eos hortor. P. P. Rostochij 18. Martij,

Anno 1642.











biennium exactum mors disj
Emortuæ nostræ ante triduum
cidit Exhilarârat illa maritum
HENRICUM, & pro nupe
NEM, conjugij pignora edend
brevis fuit hæc hilaritas! Mater
tij, sextiduo pòst r̄. ejusdem mer
rito, liberis supersticibus tenellis
agnatis & affinibus supremum
Hos ut ô Emortua dolore, obit
plevisti; Ita ex mærore tu ad gau
fisti. Quid enim de te aliter fent
per omnem vitam probitatem &
spirâsti, lecto post puerperium a
toris tui Corpore & sanguine te
sti, mente sibi rectè ad mortis l
stante, precibus continuis, te
tuo commendâsti, ejus merito in
mam illi, à quo eam acceperas,
dem sanguine suo redemerat, re
te nunc demum felicem, cui ita
& mori contigit! Vitam hanc
miserijs refertam, quam annos v
tuor vixisti, cum illâ quæ nun
net, gaudijs plenissimâ permutâ

